

mius. item succi concreti, vt cœruleū
 Gishubelianum. Nullius autē me-
 talli, & formis, & coloribus, & figura
 tanta est varietas: splendorem certē
 translucidum solūm habet; & in eo na-
 tum, quasi lucem in tenebris medita-
 tur, & quasi rudimenta fabricatur stel-
 larum in ima terræ profunditate. In
 Germania nulla regio huius metalli
 copia vicit Misenam, in qua maxima
 è metallis oppida condita sunt in ra-
 dicibus Sudetarum montium: Friber-
 gum, sub Ottone Marchione, Glas-
 huta sub Friderico I. electore, Sne-
 bergum sub Ernesto electore, Anne-
 bergum & Mariebergum sub Geor-
 gio & Henrico ducibus fratribus; Go-
 resgabium sub Iohanne Friderico ele-
 ctore: è quibus alia itē oppidula qua-
 si coloniarū deductæ sunt: eaq; in hunc
 diem florent omnia. Nummorum
 ex argento factorum nomina, vt à mi-
 nimis incipiam, sunt semberla, libel-
 la, sestertius, quinaris seu victoria-